UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum habeat locum in exhibitione honoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

Epiſ. 89. ad Hier. declinando ad fi. tom. 3.

Arti. præce.

¶ Nota ſecundo, ꝙ oēs cōparatiōes eligibiliū ad eccleſiaſtica miniſteria ꝑſuppońūt bonitatē abſolute, hoc eſt, eſſe bonū uirū, hoc eſt, quatū humana fragilitas cōcedit ꝑſonā illā eſſe in grā Dei. Vñ q manifeſte tenet cōcubinā, uel in alio peccato mortali credit uerſari, extra latitudinē eligibiliū, ſeu ꝓmou ēdorū eſt. Propterea in litera dicitur, ꝙ minus boni, & non dicitur, ꝙ mali præferuntur melioribus.

¶ Nota tertio, ꝙ cū in rńſione ad primū dr̄, ꝙ ꝑlatus eccleſiaſticus nō eſt dńs, ut poſſit miniſteria eccleſiaſtica dare ꝓ libito, ſed diſpēſator, ſub noīe eccleſiaſtici ꝑlati claudit etiā Papa, ut patet ꝑ authoritatē Pauli Apoſtoli, allatā ad probandum intentum. Eſt namque Papa Chriſti miniſter, & diſpenſator miniſteriorum Dei.

¶ Nota quarto, ꝙ cū in rńſione ad tertiū dr̄, ꝙ oportet in foro cōſciētiæ eligere meliorē, &c. intelligit de poſſibilibus haberi. Hi. n. de quibus cōſtat, ꝙ haberi nō poſſunt, extra latitudinē eligibilium computandi ſunt.

Super

August.* Quis ferat, ſi quis diuitem eligat ad ſedē honoris eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore, & ſanctiore? F

Respondeo. Dicendum, quòd ſicut dictum* eſt, acceptio perſonarum eſt peccatum, inquantum contrariatur iuſtitiæ. Quantò autem in maioribus aliquis iuſtitiam tranſgreditur, tanto grauius peccat. Vnde cùm ſpiritualia ſint temporalibus potiora, grauius peccatū eſt perſonas accipere in diſpenſatione ſpiritualium, quàm in diſpenſatione G temporalium. Et quia perſonarū acceptio eſt, cùm aliquid ꝑſonæ attribuitur præter proportionē dignitatis ipſius, conſiderare oportet, ꝙ dignitas alicuius perſonæ poteſt attēdi dupliciter. Vno modo ſimpliciter, & ſecundum ſe, & ſic maioris dignitatis eſt ille, qui magis abundat in ſpiritualibus gratiæ donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune. Contingit. n. quādoque quòd ille, qui eſt minus ſanctus, & minus ſciens, poteſt magis H conferre ad bonum commune propter potentiam, uel induſtriam ſecularem, uel ꝓpter aliquid huiuſmodi. Et quia diſpenſationes ſpiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem, ſecundum illud 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem; ideo quandoque abſque acceptione perſonarum in diſpēſatione ſpiritualium illi, qui ſunt ſimpliciter minus boni, melioribus præferuntur: ſicut etiam & Deus gratias gratis da- I tas, quandoque concedit minus bonis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd circa conſanguineos prælati diſtinguendum eſt: quia quandoque ſunt minus digni, & ſimpliciter, & per reſpectum ad bonum cōe, & ſic ſi dignioribus præferantur, eſt peccatum perſonarum acceptionis in diſpenſatione ſpiritualium, quorum prælatus eccleſiaſticus non eſt dominus, ut poſſit ea dare pro libito, ſed diſpēſator, ſ'm illud 1. ad Co. 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Quandoque verò conſanguinei prę lati eccleſiaſtici ſunt æque digni, ut alii: & ſic licite poteſt abſque perſonarum acceptione conſangui- K neos ſuos præferre, quia ſaltem magis in hoc præeminent, quòd de ipſis magis confidere poteſt, ut unanimiter ſecum negotia eccleſię tractent. Eſſet tamen hoc propter ſcandalum dimittendum, ſi ex hoc aliqui exemplum ſumerent, etiam pręter dignitatem bona eccleſiæ conſanguineis dandi.

Ad secvndvm dicendum, quòd diſpenſatio matrimonii contrahendi principaliter fieri conſueuit propter fędus pacis firmandum: quod quidem magis eſt neceſſarium communi utilitati circa perſonas excellentes. Et ideo cum eis facilius diſpenſatur abſque peccato acceptionis perſonarum.

Ad tertivm dicendum, quòd quantum ad hoc, quòd electio impugnari non poſſit in foro [...] li, ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere [...] rem, quia ſic omnis electio poſſet haberc [...] niam. Sed quantum ad conſcientiam eligent[...] ceſſe eſt eligere meliorem uel ſimpliciter, [...] paratione ad bonum commune: quia ſi [...] beri aliquis magis idoneus erga aliquam [...] & alius præferatur, oportet quòd hoc ſit p[...] quam cauſam. Quę quidem ſi pertineat ad [...] quantum ad hoc erit ille, qui eligitur, [...] neus: ſi uerò nō pertineat ad negotiū id, [...] ſideratur ut cauſa, erit manifeſte acceptio [...]

Ad qvartvm dicendum, quòd [...] gremio eccleſię aſſumitur, vt in pluribu[...] uit eſſe utilior quantum ad bonum co[...] quia magis diligit eccleſiam, in qua eſt nu[...] propter hoc etiam mandatur Deute. 17. N[...] ris alterius gentis hominem facere regem, [...] ſit frater tuus.

Articvlvs III.

Vtrum in exhibitione honoris, & reuerentiæ locum habeat peccatum acceptionis perſonarum.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, ꝙ in exhibitione H honoris, & reuerētię nō habeat locum peccatum acceptionis ꝑſonarū. Honor. n. nihil aliud eſſe videtur, q̄ reuerētia quędam alicui exhibita in teſtimonium uirtutis ut patet per Philo. ī 1.* Eth. ſed prelati, & principes ſunt honorādi, etiam ſi ſint mali, ſicut etiam parentes, de quibus mandatur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam: & etiam domini ſunt à ſeruis honorandi, etiam ſi ſint mali, ſecundum illud 1. ad Timoth. 6. Quicum- I que ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos honore dignos arbitrētur. ergo uidetur quòd acceptio perſonę non ſit peccatum in exhibitione honoris.

¶ 2 Pręt. Leuit. 19. præcipitur. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: ſed hoc uidetur ad acceptionem perſonarum pertinere, quia quandoque ſenes non ſunt uirtuoſi, ſecundū illud Dani. 13. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus populi: ergo acceptio perſonarum non eſt pec- K catum in exhibitione honoris.

¶ 3 Præterea. Super illud Iaco. 2. Nolite in perſonarum acceptione habere fidem &c. dicit* gloſ. Auguſt. Si hoc, quod Iacobus dicit. Si introierit in conuentu ueſtro uir habens annulum aureū, &c. intelligatur de quotidianis conſeſſibus, quis hic non peccat, ſi tamen peccat? ſed hæc eſt acceptio perſonarum, diuites propter diuitias honorare. dicit enim * Greg. in quadam homil.

trium illi contrarium, & non ad acceptionem perſonarum, quæ contrariatur iuſtitiæ diſtributiuæ, ſpectat.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ cū acceptio pſonarū intātū ſit peccatū, inquantū contrariaт̄ iuſtitiæ, & iuſtitia ſolū uerſetur circa debita, cōſequens eſt, ut in gratuitis locū nō habeat. Etſi nominatū eſſet vitiū contrariū uirtuti obſeruātiæ, dicerē, ꝙ literæ iſta intelligēda eſſet nō de honore vniuerſaliter: ſed de honore ſolū debito. Sed qa obſeruantiæ cōtrariū uitiū innominatū eſt, & obſeruātia eſt pars iuſtitię, & extēdit ſe ad debitū morale, ut ī ſuo tractatu patebit: ideo literā hac vniuerſaliter intelligo, & dico ꝙ ſicut gratis dādo pecuniā, qñ, ubi, quare &c. non oportet, pecco cōtra liberalitatē, quāuis non faciā iniuriā alicui: ita gratis honorādo aliquē, quare nō oportet, eſt peccatū cōtra obſeruātiā. Sed quia hoc ideo eſt peccatū, qa accipit nō cā honoris debiti, ut cā honoris debiti, ideo reductiue eſt acceptio pſonarū. Dixi aūt debiti, qa oī cāę honoris eſt honor debitus, licet non a me. Propter qđ cum pp diuitias exhibeт̄ honor nō ſolum cā exhibitionis, ſed etiā cā debiti uiolaт̄. Nō ſic autē eſt de pdigo donāte ex cā irronabili: qñ peccat quidē in cā, ſed non in cā debiti. Non.n.oī cauſæ, pp q̄ pōt donari, debeт̄ donatio: ſicut oī uirtuti, q̄ ſola eſt cā honoris, ut in litera dr̄, debetur honor. Et iō exhibitio honoris ſolū pp diuitias, iniuſtitiā participat. Et p hæc patet ſolutio obiectorū. Nā in gratuitis licet mihi, qđ uolo facere, quātū ad hoc, ꝙ nō facio alteri iniuriā, nō aūt abſolute, alioquin pdigalitas nō eſſet uitiū. Licet.n.mihi qđ uolo facere, ſeruatis tñ debitis circunſtātiis, qñ facio. Supremo autē patrifamilias, cuius lex eſt ſua uoluntas, licet, qđ uult facere abſolute. Et ſcito, ꝙ qñ dr̄, ꝙ honorare hoies pp diuitias, eſt peccatū, intelligitur pp diuitias, ut diſtinguuntur cōtra oēm habitudinē ad uirtutē. Dico autem hoc, quia diuitiæ, ut adiuuant organice ad felicitatē, ut reddūt ho-

A minē potētē ad nutriendos alios ad uirtutē, ad pacis cōſeruationā, & hmōi, reddūt hoies honorabiles. Et ppterea q nō aliud cogitat, niſi qa aliqs ut diues occurrit ſibi, nō peccat honòrādo eum: qm̄ intelligiт̄ honorare potētiē, ſeu habitudinē ad uirtutē. Et per hoc patet glo. Aug. ſup Iac. 3. Si introierit in cōuentu ueſtro, &c. dicens. Si hoc intelligatur de quotidianis cōſeſſibus, quia hic nō peccat, ſubiūxit. Si tñ peccat: qm̄ rōne dicta, non peccat in huiuſmodi humana conuerſatione.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimatertiæ Articulum quartum.*

IN art. 4. dubiū occurrit circa id, qđ dr̄ in rñſione ad tertiū ꝙ forma iudicii ptinet ad iuſtitiā diſtributiuā. Et eſt rō dubii, qa nō quodcumque accipere ab vno, & dare alteri eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ; ſed ut patet ex ſupradictis, accipere ab uno cōi, & dare alteri, vt parti illius cōis, eſt act⁹ iuſtitiæ diſtributiuæ. Iudex aūt inter emptorē, & venditorē, pcuſſorē & pcuſſū, & alios hmōi, nec accipit ab uno cōi, ſed ab vna parte; nec dat alteri ut parti cōis, ſed ut ſingulari perſonæ. Falſum ergo vr̄, quòd iudicii forma ad iuſtitiā diſtributiuam pertineat. (Arti.1. huius quæſt.)

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ quia forma diſtributiuæ cōſiſtit in hoc, quòd vnicuiq; deт̄ ſm̄ ſuā dignitatē: & forma iudicii conſiſtit in hoc, ꝙ vtriq; parti tā.ſ. actori, q̄ reo attribuaт̄ id, qđ pportionatum eſt illi, ſiue hoc oriatur ex commutatione, ſiue ex diſtributione, ideo forma iudicii ſpectare dr̄ ad diſtributiuam iuſtitiā: ita ꝙ non ex hoc, ꝙ in actu iudicii interuenit accipere ab uno & dare alteri, aſſeritur forma diſtributiuæ iuſtitię, aut iudicii, ut obiectio facta accepit ex litera. Sed qa in actu iudicij interuenit accipere ab uno, & dare alteri unicuiq; ſm̄ ſuā proportionem: ideo ad iuſtitia ſpectat diſtributiuā, forma iudicij cuiuſque. Patet autem quod dr̄ ex eo, ꝙ iudex rectus accipiendo ab uno bonū aliquod, grauat ipſum nō ultra proportionem illi debitam. Et ſimiliter dando alteri bonū aliquod, nō plus, (q.60.arti.1.)

aut

Superbia noſtra retunditur, quia in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed diuitias honoramus: & ſic cum diuitiæ non ſint debita cauſa honoris, pertinebit hoc ad perſonarum acceptionem: ergo perſonarum acceptio non eſt peccatum circa exhibitionem honoris.

Sed contra eſt, quod dicitur in * gloſ. Iacob. 2. Quicumque diuitem propter diuitias honorat, peccat. Et pari ratione, ſi aliquis honoretur propter alias cauſas, quæ non faciunt dignum honore, quod pertinet ad acceptionem perſonarum. ergo acceptio perſonarum in exhibitione honoris eſt peccatum.

Respondeo. Dicendum, quòd honor eſt quoddam teſtimonium de uirtute eius, qui honoratur: & ideo ſola uirtus eſt debita cauſa honoris. Sciendum tamen, quòd aliquis poteſt honorari nō ſolum propter uirtutem propriam, ſed etiam propter virtutem alterius: ſicut principes, & prælati honorantur, etiam ſi ſint mali, inquantum gerunt perſonā Dei, & communitatis, cui præficiuntur, ſecundum illud Prouer. 26. Sicut qui immittit lapides in aceruum Mercurii, ita qui tribuit inſipienti honorem. Quia Gentiles rationem attribuebant Mercurio, aceruus Mercurii dicitur cumulus ratiocinii, in quo mercator quandoque mittit unum lapillum loco centum marcarū: ita etiam honoratur inſipiēs, qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatis. Et eadem ratione parentes, & domini ſunt honorandi propter participationem diuinæ dignitatis, qui eſt omniū pater, & dominus. Senes autem ſunt honorandi propter ſignum uirtutis, quod eſt ſenectus, licet hoc ſignum quandoque deficiat. Vnde, ut dicitur Sapien. 4. Senectus uenerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita eſt immaculata. Diuites autē honorandi ſunt propter hoc, ꝙ maiorem locum in communitatibus obtinent. Si autem ſolum intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum acceptionis perſonarum. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Articvlvs IIII.

Vtrum in iudicijs locum habeat peccatum acceptionis perſonarum.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd in iudicijs locum non habeat peccatum acceptionis perſonarum. Acceptio B enim perſonarum opponitur diſtributiuæ iuſtitiæ, ut * dictū eſt: ſed iudicia maxime uidentur ad iuſtitiam commutatiuam pertinere: ergo perſonarum acceptio non habet locum in iudiciis.

¶ 2 Præterea. Pœnæ ſecundum aliquod iudicium infliguntur: ſed in pœnis accipiuntur perſonæ abſque peccato: quia grauius puniuntur, qui inferunt iniuriā in perſonas principum, quàm qui in perſonas aliorum: ergo perſonarum acceptio non habet locum in iudiciis.

C ¶ 3 Præterea. Eccleſiaſt. 4. dicitur, In iudicando eſto pupillis miſericors: ſed hoc uidetur eſſe accipere perſonam pauperis: ergo acceptio perſonarum in iudiciis non eſt peccatum.

Sed contra eſt, qđ dicit Prouer. 18. Accipere perſonam in iudicio, non eſt bonum.

Respondeo. Dicēdum, quòd ſicut dictum * eſt, iudicium eſt actus iuſtitiæ, prout iudex ad æqualitatem iuſtitiæ reducit ea, q̄ inæqualitatem oppoſitam facere D poſſunt: perſonarum autem acceptio inæqualitatem quandam habet, inquantum attribuitur alicui perſonę pręter proportionem ſuam, in qua conſiſtit ęqualitas iuſtitię. Et ideo manifeſtum eſt, ꝙ per perſonarum acceptionem iudicium corrumpitur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd iudicium dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo quātum ad ipſam rem iudicatam: & ſic iudicium ſe habet communiter ad commutatiuam, & ad diſtributiuam iuſtitiam. Poteſt enim E iudicio diffiniri qualiter aliquid commune ſit diſtribuendum in multos, & qualiter alteri unus reſtituat, quod ab eo accepit. Alio modo poteſt conſiderari quantū ad ipſam formam iudicij, prout ſcilicet iudex etiam in ipſa commutatiua iuſtitia ab uno accipit, & alteri dat, & hoc pertinet ad diſtributiuam iuſtitiam. Et ſecūdum hoc in quolibet iudicio lo-